Fragmentarium

Meditacio legis eſt non ſolu(m) in legendis ſcripturis ſ(ed) e
ciam in his que ſcripta ſunt faciendo. q(uo)d enim ſumus
hodie nouimus. q(uo)d aute(m) poſt paululum poſſumus
eſſe neſcimus. I(tem). Inebriauit me abſinthio. ebrius quis(que)
pe q(uo)d patitur neſcit. Abſinthio e(nim) eſt ebrius qui amo
rem p(re)ſentis ſeculi aſſenſu racionis alienus dum quicq(ui)d
p(ro) mundo ſuſtinet leue deputat. I(tem). Infelix eſt q(uem) odit deus
Quid e(st) ille q(uem) odit deus. ei qui operat(ur) iniquitatem. qui (et) ſi ille ue
rat inpacato illi odio habetur a deo. I(tem). du(m) loquimur
du(m) ambulamus repente ſubtrahimur. qui enim terrenarum re
rum amore uiuit in deo nullatenus delectatur. Eſſe qui
dem ſine delectacione anima nunq(uam) poteſt. Nam aut in in
fimis delectatur aut in ſummis. ⁊ q(uan)to alciori ſtudio exercet(ur)
ad ſumma tanto maiori ſtudio faſtigio torpeſcit ad infima
⁊ q(uan)to ad ea cura inardeſcit ad infima tanto torpore dap
nabili frigeſcit ad ſummis. Ut eque enim ſimul ⁊ equaliter
amari non poſſunt. Mordent enim animum cure dum
inquietant. I(tem). du(m) ocioſa uerba cauere negligimus
ad noxia peruenimus. Ut plus loqui aliena libeat ⁊ poſt mo
du(m) detraccionibus eorum uitam de quibus loquit(ur) lingua
mordeat q(uo)d do(ne)c aute(m) uſq(ue) ad apertas contumelias erumpat
hinc ſeminant(ur) ſtimuli oriunt(ur) rixe accendu(n)t(ur) faces odio(rum)
pax tota extinguitur cordium. Teſtat(ur) p(ro)pheta q(ui) ait
Vir linguoſus n(on) d(irigetur) i(n) t(er)ra. hinc ſalomon. In multiloquio
non deerit peccatum. hic yſaias. Cultus iuſticie ſilenci
um ⁊ pax. Videlicet indicans q(ui)a mentis iuſticia
deſolatur eundo ab inmoderata locucione n(on) parcitur.
hic iacobus. Si q(ui)s putat ſe religioſu(m) eſſe ⁊c.
⁊ iterum. Sit omnis homo uelox ad audiendum.
tardus autem ad loquendu(m) ⁊ tardus ad iram.
hinc iterum adiungit. Lingua inquietum malum
plena ueneno mortifero. Unde ſcriptu(m) eſt
Sicut urbs patens ⁊ abſq(ue) murorum ambitu
ita uir qui non in loquendo p(otest) cohibere ſp(iritu)m ſuum
q(ui)a cui murum ſilencij non h(abe)t patet inimici iaculis
ciuitas mentis. Salomone ateſtante. qui modica
ſpernit paulatim decidit. Sicut enim parua cura
re negligimus inſenſibiliter ſe ducti ueti
audenter eciam maiora perpe tramus.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 95.3, 3r – Tractatus de peccatis; Poème pieux
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-1obr/1406/18738)